

coronā

regis adeptus est. **Illam** coronā de qua dicit **Apo. ij.** **Esto** si. vsq. ad m. et dabo tibi co. vi. **Accipe** o homo exemplū a beato matheo vt deo fideliter seruias. et tribulationes presentes patienter sustineas. vt coronā regis merearis accipere. Quāuis enī sanguinē nō fudas pro christo. vt fidem predices per mundū discurrendo. nec paupertatē extremā sustineas vel subeas omnia relinquēdo. sicut fecit beatus Matheus. si ista facere nō potueris. tribulationes que tibi aduenerint patienter sustine. fidē inuiolabilē tene. iniusta bona relinque. et poteris coronā regis celestis obtinere. **vñ Jaco. i.** **Beatus** vir qui suffert tentationē. **et.** Hanc coronā in celis nobis offerat qui sine fine viuit et regnat. Amen.

De Sancto Mauricio et socijs eius Sermo.

Quā ualerūt de infirmitate. **facti** sūt in bello. **Heb. xi.** Verba ista pnt sumi ad commendationē beatorū. s. mauricij et sociorū eius quorū hodie festū agitur q̄ fortes fuerunt in bello fidei. Et cōmendant hie a duplici beneficio qd̄ eis collatum est per graciā dei. **Primū** est liberatio a malo. **Secūdo** est confortatio in bono. **Primū** tangit ibi cōualuerūt de infirmitate. i. de culpa originali que aīam reddit infirmā. **Secūdo** ibi **for. facti** sunt. **Nota** qd̄ corporaliter bellare uolentibus quattuor sūt necessaria. **primū** est prudentia vt bellare sciant. **Secūdo** est fortitudo vt bellare ualeant. **Tercium** est armatura qua se contra ictus et iacula muniunt. **Quartum** est audacia ne a bello fugiant. **Ista** quattuor spiritaliter fuerunt in istis sanctis. **primo** fuit in eis prudentia fidei q̄ ad bellandū informabantur. **Secūdo** fortitudo diuini adiutorij q̄ confortabantur. **Tercio** armatura virtutū qua contra tentationes muniabant. **Quarto** audacia qua pro fide moriebantur. **Primo** dico qd̄ fuit in eis prudentia fidei qua ad bellandū informabant. **Hec** prudentia fuit eis valdē necessaria vt fidem profiterentur et ab aduersarijs fidei nō deciperentur. **Unde** cum christus apostolos aq̄ infideles mitteret dixit eis. et in persona eorum omnibus christianis. **Mathei xviij.** **Ecce** mitto vos sicut oues in medio luporū. **Estote** ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. **Hec** duo fuerunt in istis sanctis. **Simplicitas** columbina in fidei obseruatione. **Et** prudentia serpentina in fidei defensiōe.

defensione. Prudentia serpentina est vt totū corpus exponat pro capite sic isti corpora sua in bello fidei exposuerunt ne amitterent caput ecclesie id est christum. Et sic prudentiam habuerunt in bello que est summe necessaria. **Proverbiorum xi.** Cum dispositione id est prudentia intra bellum et erit salus ubi multa consilia. O quod prudenter se in hoc bello habuerunt quorum consilia in hoc concordarunt vt quicquid pati deberent nunquam a fide recederent. Unde legitur de eis. Cum Maximianus cesar misisset ad eos milites qui eos cogèrent ad sacrificandū. taliter cesari responderunt. Milites sumus Imperator tui. serui autē quē libere profiteamur christi. tibi debemus miliciam. illi innocentiam a te laboris stipendium accepimus. ab illo exordium sumpsimus vite. Omnia pro ipso tormenta suscipere parati sumus ab eius fide nunquam discedemus. Considera prudentiam illorum qui mandatum terreni regis contempserunt et mandatum celestis regis impleverunt penas ab homine irrogandas non timuerunt vt fidem christi seruarent. Heu quātum milites nostri temporis ab his deuiant qui plus timent terrenos dominos quam celestem deū quibus si terreni domini precipiant aliquid quod sit contra deum scilicet pauperes spoliare terram deuastare et ecclesias incēdere statim obediunt et vt terrenis dominis possint placere non timent deum offendere. Audi quid de talibus dicat christus in die nouissimo. **Deutero. xxxij.** Ubi sunt omnes totū in quibus habebant fiduciam. Surgant et opitulentur et in necessitate vos protegant. Videte quod ego sum solus et non sit alius deus preter me. Audi o miles qui hic ad imperiū domini tui pauperes spoliasti et villas incendiasti et dicis dominus meus iussit. Quid facies in die nouissimo in illo districto iudicio ubi nec tu per dominū tuū te poteris excusare nec dominus tuus pro te poterit respondere. **Apocalypsis. vi.** Reges terre et principes et tribuni diuites et fortes et omnis seruus et liber absconderunt se in speluncis et in petris montium et dicent Montibus et petris cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis super thronū et ab ira agni quoniam venit dies magnus. Attende ista et quando dominus tuus precipit tibi aliquid quod est contra deum tunc dic. Obedere deo oportet magis quam hominibus et dic cum istis sanctis. Tibi debeo miliciā deo innocentia. Noli timere eum auferre potest tibi sibi non deum.

occidit potest corpus
ne ter ab his qui occi
faciunt. Omnia aut
oc. habet potestatem
do et se tui ad iud
catus latus. i. latus
latus quia dominus
in bello fidei multos
gantes contra eos
ha. a. Sancti per f
quia deus pugnat
tra hostes tuos et v
habes auer fari et
minus deus tuus t
cerdos ante aciem
inimicos vestros pu
Nolite timere nolite
us vester in medio vel
dicat ut eripiat vos
martiribus qui de rem
ciant et maximianus
tis sacrificarent et ch
serunt et magis eleger
ipsis cum preceptis el
festinabat ante alterū
fortitudo mentis quā
uerant isti vocem fac
ad hoc eos exhortatu
christi quā accipiant
sunt debiles quod statim
violant totum quod in
lo et pompis eius et f
faciunt quia fidem viol
fortitudinem abierunt aut f
ne quod diuinum adiutoriu
lopyabolo inquantū eiu

occidē potest corpus non animā **Lu. xij.** Dico vobis amicis. me-
 ne ter. ab his qui occi. corpus et post hoc non habent āplius quid
 faciunt. Ostendā autē vobis quē timeatis **ti. e.** qui postq̃ corpus
 oc. habet po. mittēdi in gehennā. **Scdo** dico q̃ fuit in eis fortitudo
 ex spe diuini adiutorij. **zacha. x.** Frunt quasi fortes et concu-
 cantes lutuz. i. lutulenta gaudia in medio viarū in prelio et bella-
 bunt quia dominus cū eis est. **Confidera** q̃ fortes isti s̃cti fuerūt
 in bello fidei multos et fortes habuerūt aduersarios demones pu-
 gnantes contra eos et ipsi per dei adiutoriū vtrōq̃ vicerunt. **he-**
bre. xi. S̃cti per fidem vi. regna op. **Nec** mirz si triumphauerūt
 quia deus pugnavit pro eis. **Deutro. xc.** Dum exieris ad bellū cō-
 tra hostes tuos et videris equitatus et currus et maiore quaz tu
 habes aduersarij exercitus multitudinē non timebis eos quia do-
 minus deus tuus tecum est. **appropinquante** autē prelio stabit sa-
 cerdos ante aciem et sic loquetur ad populum **vos** hodie contra
 inimicos vestros pugnā cōmittitis non pertimescat cor vestrum.
Nolite timere nolite mettere nec formidatis eos quia dominus de-
 us vester in medio vestri est et pro vobis contra aduersarios vros
 dimicat vt cripiat vos de periculo. **Istud** bene impletur est in istis
 martiribus qui de remotis partibus egressi venerunt ad **Dyocle-**
cianum et **maximianū** imperatores. Quos cum illi cōpulerunt vt
 dñs sacrificarent et christianos interficerent isti nullatenus cōsen-
 serunt s̃ magis elegerunt mortē q̃ violare fidem. **vnde** legitur de
 ipsis cum preceptū esset a cesare vt decim⁹ ex eis decollaretur vn⁹
 festinabat ante alterū et ad mortem preuenire certabāt. **Ecce** q̃ta
 fortitudo mentis quā non enervauit fortitudo mortis **bene** audie-
 rant isti vocem sacerdotis dei. i. **marcellini** pape. qui vt legitur
 ad hoc eos exhortatus fuit vt potius gladijs interirent q̃ vt fidē
 christi quā acceperant violaret. **Sz** heu quidā in bello fidei adeo
 sunt debiles q̃ statim vt impugnantur a dyabolo succumbunt et
 violant totum qd in baptismo promiserunt. s. renunciare dyabo-
 lo et pompis eius et fidem inuiolabiliter obseruare. recte contrariū
 faciunt quia fidem violant. dyabolo adherent. **Trenoz. i.** Absq̃
 fortitudine abierūt añ faciē s̃sequēl. abierunt inq̃ absq̃ fortitudi-
 ne q̃ diuinum adiutoriū nō quesierūt ante faciem subsequentis.
dyabolo inquantū eius suggestionibus consenserunt et dei voi-

luntatem non impleuerunt. Audi o christiane quamdiu es in m^o
do. in periculoso bello es. ex vna parte impugnat te caro. Ex alia
mundus. ex alia demones. Si times succumbere inuoca gratiam
dei et triumphabis. Accipe illud exemplum quod legitur primo
Macha. iij. Cum iudei viderent exercitum aduersariorum fortem
et magnum et timerent. Dicit iudas non est in multitudine exerci
tus victoria belli sed de celo est victoria. Ipsi veniunt ad nos in
multitudine contumaci et superba vt disperdant nos. Nos vero
pugnabimus pro animabus nostris et legibus et ipse dominus co
teret eos ante faciem nostram et his dictis pugnaverunt et supera
uerunt hostes. Eodem modo si tu in tentationibus ad deum te co
uerteris omnes hostes anime tue superabis. Tercio dico qd fuit
in eis armatura virtutum qua contra tentationes muniebantur.
vnde de ipsis exponitur illud Canticoz iij. En lectulum Salomo
nis quadraginta fortes ambiunt ex fortissimis israhel omnes te
nentes gladios et ad bella doctissimi. per quadraginta fortes acci
pe istos sanctos martires qui dicuntur quadraginta non q^uantum
ad numeru quia plures fuerunt sed quantum ad signatum. in hoc
enim numero sunt decies sex per quod significatur qd isti sancti de
cem precepta impleuerunt et sex opera misericordie. Isti abierunt
id est virtutibus munierunt lectulu salomonis. i. ecclesiaz in qua
verus salomon id est christus quiescit. omnes tenentes gladios q^u
bus se contra tentationes defenderent et ideo fuerunt ad bella do
ctissimi. gladij isti spirituales sunt diuerse sententie sacre scripture
per quas homo defendit se contra dyabolum. Nota qd isti san
cti bene armati fuerunt quia habuerunt scutum fidei recte creden
do. galeam spei celestia appetendo. Lorica iusticie recte viuendo
Gladium sapientie doctrinam christi sequendo. Lanceam longa
nimitatis vsque in finem in bono perseverando. Vnde legitur qd
vnus ex eis Exuperio noie signifer dixit ad ceteros p^recipient manus
nostre hec arma carnalia et armemur virtutibus. Sed heu huius
contrarium faciunt milites nostri temporis qui spiritualia arma
reiciunt et carnales armaturas assumunt. Pugnant contra homi
nes et nesciunt pugnare contra demones. Bellum corporale ar
mati aggrediuntur ne in corpore ledantur sed ad bellum spiritua
le tanq^uam ibi hostes no habeant. vadunt inermes et nudi vbi in aia oc
ciduntur.

ciuntur. **N**oli o homo ita facere arma animā tuā virtutibus ne
 i bello tentationis occidat. ita docet **Apol Eph. vi.** Accipite arma
 turā dei vt possitis resistere in die malo id est in die tentationis et
 in omnibus perfecti stare. **S**tate ergo succindī lumbos vestros et
 induite loriceam iusticie in omnibus sumentes scutum fidei in quo
 possitis omnia tela nequissima ignea extinguere et galeam salutis
 assumite et gladium spiritus sancti qđ est verbum dei. **h**as arma
 turas accipe et pugna viriliter quia merces magna tibi debetur.
Apo. iij. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo sicut et
 ego vici et sedeo in throno patris mei cum eo. **Q**uarto dico qđ fu
 it in eis audacia qua ex caritate pro fide moriebantur. **Q**uidam
 nanq sunt fortes sed non sunt audaces. **I**sti autem sancti fortes
 fuerunt inquantū fidem seruauerunt et audaces inqđtum pro fide
 morti se obtulerunt. **v**nde legitur de ipsis qđ mutuo exhortabant
 se vt pro fide mortem susciperent. **v**nde in persona eorū potest dici
 illud quod dixit iudas. i. **Mac. iij.** Accingimini et estote filij potē
 tes quoniam melius est nobis mori in bello qđ videre mala gentis
 nostre et sanctorū. **v**tique fuit eis melius qđ corporaliter pro fide mo
 rerentur qđ qđ malum infidelitatis sequerentur. **h**ic nota qđ mul
 tum errant illi stulti qui dicunt blasphemādo contra sanctos istos
 ex quo tot fuerunt et tam fortes et tam audaces quare se non defe
 derunt. **C**erte ideo non defenderunt se quia melius erat eis mori
 pro fide qđ viuere amissa fide. et etiam ideo se non defenderunt sed
 tormenta mortis patienter sustinuerūt. quia christ⁹ deo deat exem
 plum martiribus vt non se defenderent sed tormenta mortis pa
 cienter sustinerent. **v**nde legitur **Job. xviij.** Cum iudei venissent ad
 ihesum vt eum cōprehenderent ipso interrogante quem queritis.
Responderunt Ihesum nazarenū. et cum diceret ego sum. **I**lli abi
 erunt retrorsum et ceciderunt in terram. **h**oc factum est his et po
 stea comprehenderunt eum et ligauerunt et crucifixerunt euz et in
 hoc ostendit nobis exemplū qđ quis posset se defendere et vno ver
 bo omnes prosternere permisit tamen se capi et occidi deus exem
 plum martiribus ne se in futuro defenderent sed pro fide patienter
 penas susciperent. **p**pter qđ etiā cum Petrus eucto gladio ami
 putasset Malcho auriculā dixit ihesus petro. **C**onuerte gladium
 tuū in locū suū. **A**n putas qđ nō possum rogare patrē meū et exhib

bebit mihi plus q̄ r̄h. legiones angeloz **Mat̄. xviij.** Hoc tñ non fecit h̄ voluntarie mortē sustinuit. eod̄ modo fecerūt isti sancti qui cū essent multi. s. sex milia sexcenti lvi. nō se defenderūt h̄ paciēter pro christo mortē sustinuerūt. **Respice o homo istos imo ip̄m xpm** et esto paciēns. **Si enī christ⁹ et sancti martīres paciētes fuerunt in magnis tormentis in effusione sanguinis. esto et tu paciēs si aliquis occurrerit tibi aduersitatis. heb̄. xij.** Recogita eum qui tales sustinuit a peccatorib⁹ aduersus seip̄m contradictionē vt non fatigemini. animis vestris deficientes nōdū enī vsq; ad sanguinē resistitis aduersus peccatū repugnātes. **Rogemus dominū vt meritis istoz sanctorū martīz in bello fidei det nobis prudētiā. fortitudinē. armaturā vt ita pugnemus q̄ ab eo in celis coronemur quod nobis cōcedat qui sine fine viuit et regnat Amen.**

De Angelis. Sermo.

Angeli e. in celis s. v. f. p. m. qui in c. est **Mat̄. xviij.** In v̄bis istis duplex vis angeloz describitur. Prima vis ad ministratiua qua nobis ministrant ex caritate. Secūda vis contemplatiua qua fruunt diuina claritate. **Prīmū ibi Angeli eoz. ideo enī dicunt angeli nostri qz nobis ministrant. Scd̄z ibi semp vidēt faciem dei x̄i.** Ex hoc patet q̄ vbiq; sunt angeli semper vidēt faciem dei alioquin si in terra existentes non possent videre faciem dei tūc impaciētia ministrarēt nob. nūc aut ministrāt cū oī gaudio qz n̄rā salutē pcurāt et visione dei nō priuant. **Nō q̄ sancti angeli nob sūt valde necessarii et hoc p̄cipue p̄pter v. p̄mo qz nos sum⁹ debiles et ip̄i fortes. id̄ ip̄i nos custodiūt ne a diabolo vincamur. Scd̄o qz nos sum⁹ insipientes et ip̄i sapiētes. ideo nos docēt ne decipiamur. Tercio qz nos sumus mali et ip̄i boni. ideo pro nobis orant vt exaudiamur. Quarto qz nos sum⁹ tribulati ip̄i v̄o leti. id̄ nos a tribulatione eripiūt vt oī solemur. Quinto qz nos a deo elōgati sum⁹ ip̄i deo p̄p̄nqui. id̄ nos ad celū pducūt vt deo cū eis eternalit̄ pfruamur.** **Nūc de p̄mo dico q̄ nos sum⁹ debiles et ip̄i fortes. id̄ nos custodiūt ne vincamur. Audi q̄ debilis sc̄s ē hō p̄ peccatū vñ in p̄sona generis hūani dī **Tren̄. i.** Infirmata ē virtus mea. dedit me dñs in māu de q̄ non poteraz surgere ante peccatum erat homo fortis quia si voluisset diabolo sine omni difficultate restitisset post peccatū vero debilitatus adeo est q̄ cum maxima difficultate vix**